

## Extra leestekst Les 23 Disco

*Scripsit Alexius mense Ianuario\* 2020*

**Versie 4**

Olim, in alia urbe magna procul a Roma, quidam\* D. Tubarius Tumidus Minor\* rex erat. Haec urbs non solum magna erat sed etiam maior quam plurimae urbes. Atque Tubarius rex pluras divitias habebat plurimis regibus.

Quid aliud possum de Tubario narrare? Ille etiam magis clamabat quam cogitabat, et saepe iratissimus erat. Etiam putabat se fortiorem, pulchriorem et meliorem esse quam cives suos. Ideo volebat omnes cives se amare.

Multi homines Tubarium amabant, plures autem putabant eum regem pessimum esse. In Senatu huius urbis multi senatores, sed non plerique, cupiebant Tubarium quam celerrime ex urbe exire. Ille autem abire nolebat. Adhuc putabat se regem optimum esse.

Femina fortis, nomine Pelosia, diutius tacere non potuit. Illa in Senatu regem rogabat:

“Quis scelestior est quam tu? Quam diu hic manere vis?”

Deinde dixit: ”Haec tempora peiora sunt quam tempora superiora, et tu peior es quam reges superiores. Itaque tristissima sum”.

Tandem clamabat: “Nunc abi quam primum! Plurimi tibi gratiam referent.”

Postea Tubarius litteras iratissimas ad Pelosiam misit.

In eis scripsit\* eam mulierem insanam esse, et se regem ingentissimum omnium regum.

Etiam scripsit: “Numquam vitia facio, et ideo manebo.”

Quid deinde accidit? Abiitne Tubarius rex aut mansit\*?

O nos miseros! Nunc nondum scimus, sed aliquando sciemus.

*Verba nondum nota*

mensis Ianuarius *m* – de maand januari

quidam – een zekere

minor – hier: de jongere

scripsi – pf. van scribere

mansi – pf. van manere